

S. VIII. 33.



GRATULATIONES

AD

SACRUM NUPTIALE

*Virtute, Doctrinâ, ac Poëtices Lau-  
de, Ornatissimi Juvenis,*

DN. GEORGII PRÆTORII,  
in Schola patria Stendaliensi, Stu-  
diosam Juventutem docentis,  
SPONSUS

ET

*Honestæ, castæ, modestæ, itemque  
omnis virtutis genere præditæ  
Virginis,*

MAGDALENÆ BOGNERIANÆ,  
Viri quondam Amplis: & Prudentis:


DN. IOHANNIS BOGNERI, Telonæ &  
Consulis VVricensis meritisimi, relictæ  
Filiæ, SPONSÆ.

*Ad diem 8. April. An. 1611. celebrandum.*

*Scripta ab Amicis.*

*Exscripsit Andreas Eichhorn.*





Ten

Int

Int

Di

La

Ej

P

C

sin



**T**empus adest VERNUM, moveamur ut illa  
moveantur

Vivida, quæ tenuit mortua tristis  
hyems.

**T**empus adest lætum, saltemus ut omnia  
saltant

Confociata, diu quæ tulit acris hyems.

Tempus adest sanctum, en sociale GEORGIVS intrat  
SCVLTTETVS fœdus MAGDALA BOGNE-  
RIA.

Intrant fortuito? minime, sed convenienter  
Disponente DEO, Perficiente DEO.

Intrant optato: Sponsus fert Musa coronam,  
Sponsæ forma, pudor, mens pia, castus amor.

Divitiæ nec delitiæ, nec honos sed onus sunt  
Verè, plus peterent, quàm bona fama? nego.

Iam jam jungantur, moveantur corpora, corda,  
Dextra, Sinistra, Pedes, Ora, Thalassio jam.

Esto pium Pean, DEVS auctor Conjugiorum:  
Nil ficti fictæ Diig. De. eq. dabunt.


Promotor DEUS est TRINUNUS conjugiorum,  
Tutor is, & Promus, condus, amicus erit.

Conjugij ordo bonus, quia solum vivere, dixit  
Verax et Sapiens, non video esse bonum.

Unus homo ceu nullus homo, solatia soli  
Mundus nulla dabit, pignora nulla dabit.  
Vita tadebit solum, studijq; laboris:  
Omnia tadebunt qua numerare potes.  
Ergo felices ô terq; quaterq; beatas  
Præsentes tadas prædico jure novas.  
Adfuit his etenim prece consiliog; vocatum.  
Numen, confusus Dæmonis ecce dolus.  
Adfit adhuc opto DEUS bisce, GEORGIUS atq;  
MAGDALENA diu sint in amore pio.  
Sint in honore pio, dio immoriantur honori:  
Felix sit thalamus, sit domus & tumulus.  
Pòst dubium nullum, firmatum Sanguine CHRISTI  
Fædus, eis, nobis cælica vita venit.

Matthæus Crachtius Ecclesiæ VVricensis  
Pastor, vicinarumq; Inspector.

ALIUD.

 Hæbus Prætori socialia sacra parari  
Cernens, ad Musas protulit hosce sonos:  
O mea progenies sudas quæ in culmine honoris,  
Huic Sponso, latè dic, rogo, fausta, novo.  
Vixit nam multos nobiscum suaviter annos,  
Ceu veri testes, Odera & Albis erunt.  
Finierat Phœbus, subito grex Delius omnis  
Incepit latus fundere tale melos.

Sponse



Sponse decus nostrum, quondam VVricensis alumni  
Rector, jam patriæ firma columna Scholæ:  
Hæc jam quæ instituis thalami sint gaudia fausta,  
Et ceptis faveant numina sancta tuis.  
Rem facis eximiam, cælestis tota caterva  
Quâ delectatur, júbila cuiq; canit.  
Nam castus castæ flagrans amore puellæ,  
Et fugis impuri retia vafra dæcis.  
Propterea castus tædarum præses & autor  
Vestra suo casto flamine corda reget,  
Ut mentes thalamo nexas concordia necet,  
Una, & sint semper corpora bina, caro.  
Nec molles vincant vos unquam in amore columbæ,  
Nec placidum turbet lis inimica thorum.  
Tumq; domum vestram penu vinoq; perenni  
Ditabit, quæ reget nullibi macra fames.  
Vxor producet facundi palmitis instar  
Pignora chara viro, pignora grata DEO.  
In multos geminam stirpem, quæ Nestoris annos  
Servabunt, & erunt gaza petita solo.  
Postea præsentis converso cardine vitæ,  
Transferet ad sedes, vos Deus ipse, poli.  
Hæc tibi tumq; tuæ Sponsæ supremus Olympi  
Rector concedat, pectore & ore precor.

*Hæc amoris & honoris ergo scribebas  
Matthias Bracovius Spandanus,  
jam apud VVricenses verbi  
divini minister.*

*Fædera*

ALIUD.



*P*ædera Conjugij dirus Phlegethonteus anguis  
Sperni, deleri, nocte dieq; studet.  
Approbat e contra petulantia castra sequentes  
Impura Veneris, fictaq; sedita Papa.  
Hac vita est Divis odiosa, inimica salutj,  
Et res perpetua semina mortis habens.  
Luctus sollicitos depellit vita jugalis,  
Turbata mentij gaudia datq; thorus.  
Vincula Connubij vult PRÆTOR firma feracis,  
Quò sit perpetuò fida marita viro.  
Conjugio jungit stabili propriamq; dicare  
Vult MAGDALENAM, quæ probitate diget.  
Mutua sincero constringat pectora amore,  
Avertat lingua prælia, tetra DEVS.  
Sit felix opto Thalamus; procul ite querela,  
Vivite constantj, scemina virq; thoro.

Johannes Tiden VVricent. Reipub.  
patriæ Senat. Adfini tuo honoris  
ergo scribeb.  
ALIUD.



*S*PONSE, novos thalami subijstilætus honores,  
MAGDALIS amplexus dum tibi jure venit.  
GAUDE, sis salvus multosq; superstes in annos,  
Nec turbent Thalamum jurgia dira tuum.  
Venter amor duret longos in Nestoris annos,  
Vnus amor sit, mens, sit simul, una, fides.

Conju-

Conjugij vestri multos post edite fructus,  
Vestraq; sit multa prole beata domus.  
Ducite Nestoream concordi pectore vitam,  
Absit ERIS vestris mentibus, adsit EROS.

Johanne Cillichio. Rh. Marchi  
Not. Publ. amoris ergo.

### ALIUD.

**S**at dotata venit, sat compta est forma puella,  
Id quod inest animo, si bene seruet opus.  
Hoc tibi consilio si ducitur vxor in ades,  
Uxor amans, aberit per via fraudis ERIS.  
Non fallor, fuerat mens hac tibi docte GEORGI,  
Mente valens, qui non quereret apta sibi.  
Sat tibi ducta bona est, sat amica est, obvia non est  
Fingere lasciva, signa rogata, Dea.  
Intus habet, quod ames, quod amat quoq; permanet intus,  
Non domus est, ut, quam multa columba petit.  
Est pia, dos PIETAS non est spernenda; quod optas,  
Casta pudicitia, Numina fronte gerit.  
Hic tibi crescat amor, votis bene consona, nupta est,  
Quemq; paras, non vox, vota parare thorum.  
Nunc dotata sat est, nunc surgito, fultus amore,  
Conjugium colito, quod colat illa, dato.  
Omnia fausta precor, quae sunt contraria faustis,  
Ultra Sauromatas, turbine ventus agat.

Henricus Albertus, Scholæ  
Vvricensis Moderator.

Eiusdem.

**P**οιμαϊκή βασιλῶν καυχάξει γάμορα ἔρωτα  
 τῶν ἰώνων κλέω κη πάντες κάζομεν ἡμεῖς.  
 Νύμφη ὅτι, θέλης ἀπὸ Νύμφης σείο καλεῖσθαι,  
 ταῦτα Γεώργε ποιεῖς ζωὸς μεγάλοιο ἔκηπ.  
 ἐν, Φρεσὶ πλοκαλίμης σὺ μὴ Φρένα θήλειαν ἔξεις.  
 μὴ ζητῶν ἄλλας θαλάμους μὴ ἔργα γάμοιο  
 κρυπταθῆς ὄνῃς, μοῖχῃ ὄρα καίρεα βέζων,  
 συζυγίης ὅσ' ἐπιγαμηλίᾳ ἤμεοσ' ἀειβιός :  
 ἀλλὰ σὺ φῶς πρᾶτῶν βελλῆ εἰς οἶκον ἰκάνῃ  
 ἀδέσμιον, χερσεῖσα Φίλησ' ἤχι τέηλε,  
 ἢεν παρεθῆν ἤχι πέπῆρος Ἐπλυμένη.

πολλῆ αἰς χάρις ὅτι ἀποστράφησσι προσώπῃς,  
 αἰκόμον Φορέει παμπούκιλον, αἰδε χιτῶνα  
 πορφύρεον χερσεῖσιν ἀρηφαιῶν περόνησι  
 αἰδοῖαι τε Φίλας τοῖς πλείστοις ἀνδράσι κέραι :  
 ἀλλὰ ἐμοὶ Νύμφη Φίλον ἦτορ αἰείσοός ἐσαι,  
 ἢ ὅτ' τῆς δευτέρας κάλλ' ὅτι πέλεται ὀφειπυτον  
 ἢ δεσποφροσύνη ἀδοῖ κη πολλῆ δεῖσι.

καὶ πάλιν σὺ Γεώργε φίλεις, ἀφίλα κ' Φρέδε  
 τῶν ταχυῦνσε, κακῆς μὴ κηροπυθμῶν εἶχε.  
 ἔοσεται ἔ κηροπυθμῶν ἢ ὅτι ἔχουσι  
 μὴ ποτε περπομῆ ἑτέροις γυνεῖσιν λέχεσιν.  
 κείνῳ ἔλκει ἔρωσ' ἢ σεία λαχυδρέμει, ἀνδρῶν  
 ἠρώων πατρίδ' ὅτι μεγαλώνυμοι ὄχ' ἔχόντων  
 αἰαν ἐς ἀλλοδαπῶν, κη ὅδ' ἀδιδάκτων, ἰκέσθαι,  
 πᾶσι ἔρωσ', ὅτι πολλός, ἐκεῖ μέγα γίνεταί ἐσρῃ.  
 κύπριδ' ἐν γλυκερὸν θάλ' αὐτόθεν αἶρε Γεώργε,  
 ἀντὶ κακῶν πλείων νῦν ἢ πᾶ Φάρμακα λειψας  
 πολλὰ Φερενεῖωθε γάμ' ὀνητόσιν ἐκείνῃ  
 χάρματ' αἰὲ ἢ λέχες πολλῶς μέγα γίνεταί ἄλλοσ.  
 ἐυστιβέως

εὐσεβείας ἡμεῖς πάντες νῦν εὐχόμεθ', εὐνῆς  
ὑμῶν μέλλει ὅπως τέλει ὄλβιον ἔμμεναι αἰεὶ.  
πρῶτα θεός, μετὰ πῆτα κόρη, ἔτεκνα σὺν αὐτοῖς,  
Φέρτερά, πλείστα δ', εὐχῆ ἡμείοθεν, ὅθι παρέστων.

ALIUD.

**S**unt tria, quæ mirâ celebrant sacra dogmata laude,  
Vnde DEUS gaudent & cruce fesus homo.  
Vnanimis quando fratres Concordia nectit,  
Viciniq; sibi complacuisse student.  
Hæc duo terrigenis certè sunt maxima dona,  
Nec nisi per sacras accipienda preces.  
Sed, duo quod sequitur longè est præstantius; ardor  
Iungat concordj si duo Corda jugo.  
Inde DEVS primùm sociam sociavit Adamo,  
E costa fuerat quæ fabricata virj,  
Crescite terrigenæ (dicens) sub luminis oras,  
Ominibusq; bonis edite progeniem.  
Hoc quoniam ipse DEVS fieri vult, atq; Vetustas  
Fecit id, & faciet candida posteritas.  
En quoq; iudicio recto doctissime SPONSE,  
Ducitur in thalamum SPONSA pudica tuum.  
Quam tibi nunc reddit propriam non cœca libido,  
Non Venus, aut fors, sed cura paterna DEI.  
Omne felici succedant omnia vobis :  
Talia pro Sponsis Vota precesq; fero.  
Huc ò Christe veni, propera cum Flamine sacro,  
Lætâ fronte novuum respice Christe thorum.  
Fædere connectat binas has flammula mentes,  
Flammula non vllò commoritura die,

B

Vivite

Vivite concordés, cingat pax aurea lectum,  
Patris & hic nomen, matris & illa gerat.  
Gaudete & florete, vigete, virete, valete,  
Absint, quæ turbant, iurgia amara, thorum.  
Nestoream vivas, precor, ut Tu SPONSE senectam,  
Tuq; Sibyllinos SPONS A. pudica dies.

*Benedictus Bonus VVricen: Scholæ  
patria Cantor.*

ALIUD.

Πολλὰ κίς εἰρηται εἰ ὠφελιμώτερον εἶναι,  
Σύζυγον ἢ ἀγαμον Διόφην βίον ἐν μερόσποσιν;  
Καὶ μὲρ ἀπμήσας λιπαρῶς γάμον ὄχλῳ ἀναχνο,  
Αὐτῷ ἐγκαλεσεν πάντως γδ καὶ κακοήθας;  
Ἡδὲ ὅμως χθονίας ὀρμίας ὀλοάσ τε ὀρέξίς;  
Ἀνθρώποισι ἀιδῶς παρνείας τ' ἀνδροφονήσας;  
Οὐ γνώμῳ ὀρέξῃ ὀδὲ Ἀρχιερεὺς κακόεργος,  
Κῆρσον τ' ἐξ αὐτῶν καὶ χρευστὰ χημάτα δέξας;  
Ἄλλα γραφὴ ἀγίη τὸ ἐκαστίον ἐξαγορεύει;  
Πᾶσι διδάσσει γάμον καὶ ἀνδράσιν ἠδὲ γυναῖξιν;  
Ἀτρεκέως γδ ὁ ἀθάνατος θεὸς ἐν πρῶδείσῳ;  
Τῷ Ἀδάμῳ χεῖρας ἐψηπὸς πρῶσῃ γαχ ἀκοιτιν,  
Φάσ' ἐκ ἐς ἀγαθὸν μόνον ἀνθρώπων βίον ἔλκειν;  
Τύνη ἀρ' εὐθείῳ εἰσέρχῃ τὴν ὁδὸν, ἠδὲ  
Δόγματα ἀμφαγαπᾶς μάλα φίλτα τε ΝΥΜΦΟΤΕ ΒΕΪΑ,  
Ὅτ' ἀγαγεῖς κεδνὴν κέρην πρὸς δώματ', ἀναοσαν.  
Ὡς ἐμὲ πάντων δέλων τεκνῶν τε Φιλίσων.  
Ὡρεα. τᾶσι πρῶδῶ θεὸς ἐν τῷ αἰθέρι ναίων  
Εὐχόμεαι

Εὐχομαι ὄτραλέως, καθ' ἑσπερὸν καὶ χερσὶ βαλίστρα  
Εἰδῶλω, ζῶλω εἰς μάκρον, χάριματ' ἀπολλῶ.

F. ab  
Eliâ Rhevaldo VVricenâ-Marchi.  
Φιλίας ἢ εὐνοίας ἕνεκα.

ALIUD.

**D**um Samia quondam Iunoni sacra parabat,  
Sub focij auspicium thalami, devota vetustas;  
Visceribus prius exemtum fel in abdita terra  
Condebat, multâ cum sedulitate; subinde  
Liba, liquore favi condita, ferebat ad aras,  
Suaveq; fundebat vinum: quod oporteat esse  
Connubium dulce & blandum, diroq; carere  
Fra præcipitis fermento. Fœdera læti  
Legitimi, qui iura tori nexuq; probatis,  
Concordes flammis usq; usq; fovete favoris.  
Sic eritis Superis grati: Ate dira facesset,  
Quid si soboles aderit, morumq; decore fideq;  
Præstans, & geminum referens pietate parentem.

Nicolaus Vismarus Primislav. Marchi.

ALIUD.

**C**onjuge nil melius, nil conjuge dulcius illâ,  
Quæ jugiter DEVM colit.  
Nobilitate suâ gemmas hæc vincit & aurum,  
Aut si quid auro dignius.

Hæc est curarum, & dulcis medicina dolorum,  
    Qui corde surgunt anxio.  
Ac datur à Domino, Dominum qui mente fidelj  
    Observat & colit pié.  
Talis quando tibi nunc, ornatissime SPONSE,  
    Favore cedit cœlitum:  
Qvis Te felicem totoqve ex asse beatum  
    Non jure dicat optumo?  
Ergò sorte tua gaude, fors fert ita, gaude,  
    SPONSA ô simul lectissima.  
Nam Tibj doctrinâ & nullj pietate secundus  
    Maritus obtingit modò;  
Qui charus Musis, qui charus & omnibus idem  
    Vivit vigetq; protinus.  
Hic quia plus animo te amat, hunc redamato vicissim,  
    Decet magis nil conjuges.  
Sic thalamum vestrum Concordia dia beabit,  
    Prolem ministrans plurimam.  
Quæ vobis, nolcens summum celebransq; parentem,  
    Feret petita gaudia:  
Hoc precor eveniat, nec me DEVS irrita vota  
    Sinat precantem fundere.

*Fausa gratulationis, amoris  
& honoris Ergò F.*

*Petrus Liferus.*





tondemur, & convivimus ex consuetudine: sic IN LO-  
QUENDO, NON SI QUID VITIOSE MUL-  
TIS INSEDERIT, PRO REGULA SERMO-  
NIS ACCIPIENDUM ERIT. Nam ut transeam,  
quemadmodum vulgo imperiti loquuntur; tota saepe the-  
atra, & omnem circi turbam exclamasse barbãre scimus.  
Ergo CONSUETUDINEM SERMONIS  
VOCABO CONSENSUM ERUDITO-  
RUM, sicut vivendi, consentum bonorum.

Et ego, Echi, ea tantum Latina, & Græca esse agnosco, &  
scio, & in hoc libro posui, quæ apud te, & bonos auctores veteres  
alios exant. Nam quæ in trivitiis, aut filivis hominum male eru-  
ditorum, peius feriatarum præstant, & bodie postum obtinent, ad  
Circi tui turbam relego.

*Eod. lib. cap. V.*

Eloquentia non mediocri opus est, ut de unaquaque  
se dicat PROPRIE ET COPIOSE.

*Lib. 8. cap. II.*

Perspicuitas in verbis præcipuam habet proprieta-  
tem. Primus enim intellectus est SUA CUIUSQUE  
REI APPELLATIO. Cui proprietate, quæ  
nominibus ipsis cujusque rei utitur, contrarium est viti-  
um, quod apud nos Improprrium, ἀνεργ, apud Græcos vo-  
catur.

*Lib. 1. cap. X.*

Mihi non inveniuste dici videtur, ALIUD esse  
LATINE, ALIUD GRAMMATICÆ LOQUI.

*M. Tullius Cicero.*

Non tam præclarum est SCIRE LATINE, quàm  
turpe nescire: neque tam id mihi oratoris boni, quàm ci-  
vis Romani proprium videtur.

*C. Suetonius Tranquillus.*

Marcus Pomponius Marcellus, sermonis Latini ex-  
actor molestissimus, quum ex oratione Tiberium repre-  
hen-

hendisset; affirmante Ateio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum: *Certe jam inde mentitur, inquit, Capito. TU ENIM CÆSAR CIVITATEM DARE POTES HOMINIBUS, VERBIS NON POTES.*

*At hodie, Marcelle, gentiles tui, sed Æurij, Marculi, & Marculini dare possunt.*

*Iul. Caf. Scaliger.*

**Exerc. CXXIX ad Cardanum.**

Neutiquam vel tibi, vel mihi, vel alij nunc (sumus enim in lingua patria peregrini) licuit, licetve, alios in usus torquere vocabula, quàm qui à civibus Romanis fuit olim nobis apparatus.

**Exerc. LXXXIX. 2.**

Omnino verba tua minimè subtilia: oratio verò parùm scita. Quod enim fit, ut toties diximus, non est. Sic loquantur te oportet. Neque hæc Grammatica sunt, sed intersunt Philosophi: Valdè enim à seipso differt, quod dum fit, & quum est **NAM QUID INTEL-  
LIGAM, SI TUA SIT PERVERSA O-  
RATIO?** Alibi hoc genus hominum, quod supinè loqui sibi licere vult, atq; non esse verborum curam Philosopho, castigavimus. Itaque in secundo Topicorum divinus præceptor **ACCURATE SCRIBENDUM, ATQUE LOQUENDUM** monet: *ἀκριβῆς λέγουσιν αἱ τοῦ ἀποστόλου διόλογος τὴν ἀκριβῆσαν ἀποστολῆς λόγους: peccant, qui alienis nominibus res appellant. Latrè igitur loquere, & subtiliter, qui Latina, & subtilia profiteris.*

*Ludovicus Vives.*

**ADITUS SUNT LINGUÆ AD  
ARTES OMNES,** quoniam illis sunt traditæ: sed aditus tantùm, non etiam artes; ostia, non ædes.

ADA-



92116 **Bibliotheca** 105 000  
**P.P. Camaldulensium in Bielany**

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S.VIII.33

